



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Secvnda, Qva Continentvr Socratis Scolastici  
Constantinopolitani lib. 7. Theodoriti Cyrensis episcopi lib. 5

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Iouiani Imperatoris morte. Cap. XXII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12704**

## SOCRATIS HISTORIAE

religionem profitēdi permiffa, affentatorum mores profus refutaffet. Quòd hominum genus admodum facete perstringens, dixit nemini obfcurum effe eos, non Deum, fed purpuram coluiffe: Euripoque admodum fimiles effe, qui modò in hanc, modò in illam partem præcipitatur.

*De Iouiani Imperatoris morte.*

CAP. XXII.

**I**mperator autem, vbi hoc pacto impetum eorum, qui tum contentionis ftudio incendebantur, penitus represserat, ocius Antiochia decedens, Tharfum Ciliciæ petit, ibique corpus Iuliani, cum eius funeri iufta foluiffet, fe pulchro cõdit. Quo factò, ipfe Conful renunciatur. Tum Constantinopolim ire properans, ad locum quendam, qui Dadaftana nuncupatur, qui que inter Galatiam & Bythiniam medius interiectus est, aduentat. Ibi Themiftius philofophus cum aliis ordinis Senatorij viris illi obuiam factus, Orationem fuam confularem, coram illo recitauit. Quam quidem poftea etiam Constantinopoli pronũciauit coram populi multitudine. Certè prosperè & feliciter cum Imperio Romano actum fuiffet, ftatusq; cum populi, tum ecclefiarum propter tam bonum principem admodum floruiffet, fi non repentina mors illum à Republica gerenda abftuliffet. Nam in loco, quem diximus, tempore Hyberno, obftuactione quadã læthali, oppreffus exiuit è vita, illo ipfo, & Varoniano filio fuo Cõf. decimotertio Calend. Martij. Septem menses regnauit: vixit autem annos triginta tres.

Liber hic complectitur ftatiũ duorum Annorum: Menseum vero quinque.

*Tertij libri finis.*